

II K  
472





*B. N. II 339.  
S. 66,9.*

*Q. D. B. V.*

THESES  
IVRIS CONTROVERSI IN DOCTRINA  
DE  
LEGE COMMISSORIA

---

PRAESIDE  
GEORGIO FRIDERICO  
KRAV SIO D

CODICIS PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO CVRIA  
PROVINCIALIS CONSISTORII ECCLESIASTICI SCA  
BINATUS ET FACULTATIS IVRIDICAE  
ASSESSORE

D. XXI. FEBRVARII A. R. S. CCCLXVI

IN AUDITORIO MAIORI

PUBLICE DEFENDET

JOANNES MICHAEL FRIDERICVS FROSCH

LVB BENA LVS ATVS

---

WITTEBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIJ  
ACADEMIAE A TYPIS.



5  
T H I S  
I A R S C O N T R O V E R S Y I N D O C T R I N A  
5  
L E G E C O M M I S S O R I A  
5  
G E O R G I O H R I D E R I C O  
5  
S K R I V A S I O D  
5  
B I B L I O T H E C A  
P O N I C K A Y A N A  
5  
I N A U D I T O R I A  
5  
J A V I N I S M I C H A E L R I C A Z T R O S C H



WILHELM VON

WILHELM VON  
WILHELM VON  
WILHELM VON



## THESIS I.

**L**ex commissoria, pigneratitio contractui adiecta, contra ius naturae non est, tametsi pignus longe sit pluris, quam debitum vna cum usuris intermedii temporis, adeoque pretium, quod excedit, creditor lucretur.

dissentire videtur PUFFENDORFFIUS de iure natur. et gent. Lib. V. cap. X. §. XIV.  
Sed vid. A LEYSER medit. ad Pand. Spec. CLIX. med. I.

\* 2

THE-

## THESES II.

Pactum commissorium pignoris,  
etiam si non statim ab initio, sed ex in-  
teruallo demum, contractus sit additum,  
nihilo secius secundum iura nostra ciui-  
lia non valet.

dissentit inter plures SAMVEL DE COC-  
CEII in *iure ciuili controuerso* Lib. XIII.  
Tit. VII. quaest. IX. ob L. 13. C. de pigno-  
ribus.

## THESES III.

Illicitum manet istud commis-  
sorium pactum, necius aliquod acquiren-  
di dominii pignoris tribuit creditori,  
quamuis debitoris confirmatum sit iu-  
ramento. Quin imo ne ius quidem ca-  
nonicum huiusmodi iuramento vim  
obligandi tribuere videtur.

dissentit LAVTERBACHIVS in colleg. Pand.  
theor. pract. Lib. XIII. Tit. VII. §. X. ob cap.  
penult. X. de pignor. iung. cap. XXVIII.  
X. de iure iurand.

THE-

## THEISIS IV.

Pactum pignoris commissorium etiam tunc inefficax est, si non cum creditore ipso, sed cum fideiussore sit initum.

obiicitur *L. ult. princ. D. de contrah. empt.*  
Sed vid. BERGERVS in *Resolut. Leg. obstant. Lib. XIII. Tit. VII. quaest. III.*

## THEISIS V.

Pactum debitoris cum creditore sic initum, ut, si statu tempore non soluerit, pignus huic pro iusto pretio venditum esse debeat, non est commissorium, nec inualidum, licet statim tempore oppignorationis pretium huius venditionis fuerit definitum.

dissentit VLRICVS HVBERVS in *prael.*  
*Pand. tit. de pignoribus §. 15.* a cuius quidem sententia discesserat THOMASI VS in *Scholio ad b. s.* verum in eam deinceps concessit in *nouis addition.* potissimum propter *L. 16. s.vlt. D. de pignor. et hypoth.*

Sed nostram sententiam tuetur ALEYSER  
in Spec. ad Pand. CLVIII. corollar. I.

### THESIS VI.

Quamuis alias magnus in iure dotis esse soleat fauor, pactum tamen socii cum genero initum, ut si intra statutum tempus promissa dos non numerata fuerit, gener fundum dotis promissae nomine obligatum pro dote habeat, commissorium ac inualidum est.

Argumenta pro et contra hanc sententiam facientia, exposuit LÜDERVS MENCKENIVS in dissert. *de lege commissoria iure reprobata*. Quae extat in Volumine Selectarum eius dissertationum iurid. No. VIII.

### THESIS VII.

Lex commissoria contractui venditionis adiecta non semper conditio nem resolutiuam saltem inuoluit, verum multoties quoque suspensiuae conditionis effectum habet.

obii-



obiicitur *L. 1. D. de lege commissoria iung.*  
*L. 2. §. 3. D. pro emptore.* Sed vid. IOAN-  
NES VOET in comment. ad Tit. Pand. de le-  
ge commissor. et GERARD. NOODT ad  
eund. tit.

### THESIS VIII.

Communis illa opinio, quod, vi  
legis commissoriae emptor partem pre-  
tii iam solutam amittat, si in soluendo  
residuo moram committat, quamuis  
de hac iactura speciatim nihil pacti fue-  
rint contrahentes, contra iuris ratio-  
nem est.

obuertitur quidem *L. 4. §. 1. et L. 6. princ.*  
*D. de leg. commissor.* Sed confer. BAL-  
THASAR. BRANCHV obseruat. ad ius rom.  
Cap. VII. et VOET cit. loc. add. *L. 1. §. 2.*  
*D. de condic. sine caus.*

### THESIS IX.

Neque etiam illa opinio, quod is,  
qui sub lege commissoria emit, adhuc  
moram in soluendo factam purgare  
possit,

QK TTK 472

possit, in iusto creditore, dummodo hic se non dū declarauerit, quod iure suo ex pacto commissorio quaesito vti velit, solidum in iuris analogia inuenit praesidium.

obiic. L. 4. C. de pact. inter emptor. et L. 38.  
princ. D. de minoribus. Sed vid. TITIUS  
in iure priuat. rom. germani. L. IV. cap. V. §.  
23. add. L. 4. §. vlt. D. de leg. commiss.

### THESIS X.

Ad hoc, ut vendor a iure ex pacto commissorio sibi competente tacite per petitionem pretii recessisse videatur, non absolute requiritur, ut pretium istud coram iudice petierit, verum extra judicialis quoque eius post emptoris moram facta petitio sufficit.

dissentit STRYKIVS in usu Pandect. moderno. Lib. XIIIX. Tit. III. §. VIII. arg. L. 15. D. ratam rem haberi. add. L. 7. D. de lege commissoria.



**ULB Halle**  
007 432 844

3



vD 78

Mit



**Farbkarte #13**

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



D. B. V.  
E S E S  
VERSI IN DOCTRINA  
DE  
**OMMISSORIA**

A E S I D E  
O F R I D E R I C O  
V S I O D

PUBLICO ORDINARIO CVRIA  
STORII ECCLESIASTICI SCA  
CVLTATIS IVRIDICAE  
SESSORE

RII A. R. S. CCCCLXVI

O R I O M A I O R I

ICE DEFENDET

EL FRIDERICVS FROSCH  
NA LVSATVS

STEBERGAE  
LI CHRISTIANI DÜRRIJ  
MIAE A TYPIS.